



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fornicationis siue luxuriae occasione[m] pr[a]estant sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Fornicationis, sine luxuria oc-
casione præstant
sex.*

Ezc. 16

Primum est ocium. Vnde Ezc.
16. Ecce hæc fuit iniquitas fo-

Hieron.

domæ fororis tuæ superbia, sa-
turitas panis, & ocium, &c. Secun-
dum est nimius potus, & cibus. Hiero-
nymus. Difficile est si inter epulas
seruatur pudicitia, & periclitatur ce-
stitas indelictis, ubique saturitas, vel
ebrietas fuerit, ibi libido dominatur.

Ecc. 9.

Tertium est aspectus mulierum. Ec-
clesiasticus. Propter spetiem mulie-

Idem, 9

ris multi perierunt. Idem. Spetiem
mulieris alienæ multi admirati, re-
probi facti sunt. Idem. Virginem ne con-

Idem, 9

spicias, ne forte scandalizeris in deo-
re eius. Vnde reprimendi sunt oculi
duabus rationibus. Prima quia oculi
sunt ueloces ad nocendum animæ.

Tren. 4.

unde prædones dicuntur. Tren. ocu-
lus meus de prædator est animæ meæ.

Grego.

Propterea dicebat D. Gregorius. De-
primendi sunt oculi a lasciuia sine
uoluptatis, quasi quidam raptores
sua culpam. Non enim Eua lignum
contigisset, nisi prius incaute respice-
xisset. Secunda est, quia oculi dicitur
portæ

portæ sunt cordis nostri, quibus si do-
 minetur diabolus, erit simpliciter Do-
 minus corporis nostri, sicut qui habet
 portas alicuius castri, habet etiam ca-
 strum. Vnde Iob. Pepigi fœdus cum
 oculis, ut ne cogitarem quidem de
 uirgine. quam enim partem haberet
 in me Deus desuper, & hæredita-
 tem ops excelsis? Vbi insinuat
 quòd nil habet Deus in homine ubi
 oculos non habet, sicut non est Do-
 minus castri qui nō habet ingressum.
 Quartum est, colloquium quod mul-
 tum timendum est, ex hoc quod rete-
 est. Vnde in Prouerbiis dicitur. In re-
 tium cum multis sermonibus, & blan-
 diciis labiorum protaxit illum, statim
 eam sequitur quasi bos ad uictimam,
 & agnus lasciuiens & ignorans, & ne-
 scit, quòd ad uincula stultus trahatur.
 Ecclesiasticus. Colloquium enim il-
 lis quasi ignis exardescens. Et si con-
 tingerit quemquam loqui cum mulie-
 re, non sit assiduus. quia sicut Isydo-
 rus dicit. Per assiduitatem enim cito
 peccat homo. nam sæpe quos uolu-
 ptas non potuit uincere, assiduitas su-
 perauit. Quintum est, auditus canti-
 lenarum. Ecclesiasticus. Cum salta-
 trice ne assiduus sis, nec audias illam,
 ne forte pereas in efficacia illius. Sex-
 tus est, tactus mulierum, quòd ualde

Iob, 31.

Prou. 7.

Ecccl. 9.

Isyd.

Ecccl. 9.

Eccl, 26 timendus est. Ecclesiasticus. Qui te-
net illam quasi, qui apprehendat for-
Hieron. porem. Hier. Qui tangit carnem
mulieris non euadet sine periculo ani-
mæ suæ, &c.

*Fornicatio in sacerdotibus, & cler-
icis graue peccatum
est propter sex.*

1. Co, 9. **P**rimum, periculum est in parti-
cipatione corporis, & sanguinis
domini. Cor. 9. Qui manducat
& bibit indignè iudicium sibi mandu-
cat, & bibit, &c. Qui indignè sumit,
idem est ac si se interficeret. Secun-
dum est uoti fractio; quia castitatem
promisit in ordinis susceptione, qui
aufert deo cum fornicatur. Vnde Do-
Ps. 124. minus dabit eis talem mercedem. Psal-
Declinantes autem in obligationem,
adducet Dominus cum operantibus
iniquitatem. Tertium est scandalum
Hieron. & derisio populi. Vnde D. Hierony-
mus. Clericus aut honestior est re-
teris, aut aliis est fabula, & quia se-
pientiores aliis esse debent, ideo aliis
grauioribus subiacebunt penis. Et
Grego. Gregorius. Vbi maius est donum sci-
entia, transgressor maiori subiacet pe-
næ. Quartum est, quia ipsi decipiunt